UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

ordinatum, ꝙ ſtatuta artium, quæ in poſterū fierent, non valeant, niſi fuerint à ſuperioribus confirmata, quia reſpōdetur primo ſtatuta brentatorū maximè in caſu noſtro fuiſſe à ſuperiore poteſtatem habēte confirmata. Secundo dico ordinationem prædictā intelligi de ſtatutis factis poſtea, & non antea, cum legem futuris, & non præteritis imponat c.fi.de conſtit. & iō dicta ordinatio non extenditur ad ſtatuta brentatorū prius facta, quæ à lege confirmata dicūtur, ut ſupra, & minus ad ſtatuta, de quibus in literis dicti Reuerendiſſ. Legati, in quibus inter alia illud quoq; ſtatutum, & cautū reperitur, ꝙ de cætero quicunque voluerit in dicta ſocietate poni, & deſcribi, non poſſit in ea poni, neq; aggregari, niſi primo fuerit legitimè ſcrutiniatus, & ad fabas albas, & nigras ꝑ maiorē partē fabarū obtinuerit, quod ſtatutū tanquā ualidū, & auctoritate Legati roboratū in aggregationibus quorumcunq; volentium dictam ſocietatem ingredi ſeruandum eſt, cum ſit in viridi obſeruantia, nec illi fuerit derogatum. Et hęc pro informatione præſentis cauſæ ſufficiant. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Prouiſio inferens prẹiudicium iuri acquiſito ex re iudicata eſt exorbitans, odioſa, & contra regulas iuris, & propriè in caſu ſuo intelligenda; nec ad diſſimilem extendenda nu. 5.*

2 *Lex, ſtatutum, aut diſpoſitio maximè à regulis iuris exorbitans aliquid diſponens, præſuppoſita certa qualitate, locum non habet, niſi qualitas illa concurrat.*

3 *Statutum, in quo quis ſe fundat, locum non habet, nec prodeſt, niſi qualitates omnes ſtatuti concurrant, & verificentur.*

4 *Qualitas reſtringit ſubiectum.*

EPITOME.

Provisio, ꝙ notarij infra tres menſes depoſito ſuo officio, vel à die latæ ſententiæ teneantur, & debeāt in publica forma ſententias, & alia acta deſcribere, & apud camerā ponere, alias careant uiribus, & effectu, & nullius ſint momenti, locum habet in ſententijs deſcriptis, & rogatis à notarijs, quorum officium certo tempore finiretur, & non ab ijs, qui officium ad vitam, & perpetuo haberent.

CONSILIVM CLIX.

Qvaestio eſt in præſenti cā, quib. in ſententijs locum habeat prouiſio quædam, qua cauetur, ut notarij infra tres menſes depoſito ſuo officio, vel à die latæ ſententiæ teneātur, & debeant in publica forma ſentētias, & alia acta deſcribere, authenticare, & apud camerā ponere, alioquin careāt viribus, & effectu, nulliusq́; ſint momenti? dixi concludendū eſſe, eā dūtaxat habere locū in ijs ſententijs, quę ab ijs notarijs actorū deſcriptæ reperirentur, quorū officiū certo tp̄e finiretur, nō aūt in ſententijs deſcriptis, & de quibus rogati eſſent notarij, qui officiū ad vitā, & ſic perpetuo haberent, ueluti ſunt notarij actorū palatij, & curiæ Reuerend. do. Legati, ſeu Gubernatoris Bononiæ, vt ex verbis dictę prouiſionis inferri pōt: nā ex quo
1 † prouiſio hęc eſt exorbitans, & odioſa, quia per eā infertur prẹiudiciū illi, cui ex re iudicata ius fuit acquiſitū, & actio; atque eſt ꝯ iuris regulas, quæ uolūt, rē iudicatam facere ius inter partes, c. quod ad conſultationē, & c. cum inter de re iud. cum ibi not. & ꝑ totum, C. de re iud. l. fi. C. ſenten. reſcin. non poſſe, l. 1. ff. de re iud. cū ſimilibus, idcirco debet propriè intelligi in caſu, in quo loquitur, & præſuppoſitis ter-
2 minis, ac qualitatibus ſuis: † quando. n. lex, uel ſtatutum, aut alia diſpoſitio maximè à regulis iuris exorbitās aliquid diſponit, prẹſuppoſita certa qua[litate,] locum non habet, niſi qualitas illa concurr[at,] ſupponunt Abb. & reliqui in c. cum veniſſent [...] di. & hoc clarius voluit Bar. in l. 1. in princ. & [...] prætor per illum text. ff. ne quid in loco publ[ico] And. in c. 1. de homic. in 6. Alex. in cōſi. 224. li.
3 1. Soz. in conſi. 57. lib. 3. in 7. col. ubi inquit, q[...] dans ſe in aliquo ſtatuto probare debet, q[...] qualitates ſtatuti concurrant, & verificentur, [...] quin ſtatutum non prodeſt, nec locum habet
4 per eum, qui plura allegat; nam, † vt ait Gaſ[...] dar. in conſi. mihi nu. 56. qualitas reſtringit ſu[...] l. ea tamen, l. hoc legatum, ff. de lega. 3. c. co[...] mus, 14. q. 6. c. ſuſceptum de reſcrip. in 6. c. q[...] & c. cui non de præb. eod. lib. Sed dicta prou[iſio lo]quitur de notarijs, quorum officium eſt ad te[mpus,] vt depoſito ſuo officio, uel à die latę ſententi[æ infra] tres menſes teneantur, & debeant in publica [...] &c. ergo locum non pōt ſibi uendicare in no[tarijs,] qui officium ad uitam, ac perpetuum habea[nt,] uerba prouiſionis non conueniunt, & cui u[...] conueniunt, nec eius diſpoſitio Bal. in l. 1. c[...] quis omiſſ. cau. teſt. l. ſi ſeruum. §. non dixit p[...] de acq. hær. cum ſimil. Præterea cum dicta p[rouiſio] ſit odioſa, & exorbitans, ut ſupra, non debe[t ad] caſum diſſimilem, & diuerſitatis rationem [...] extendi c. quę à iure de regulis iuris in 6. l. [...] de uiro, ff. ſol. matr. cum aliis: ſed alia ratio [eſt] in notarijs ad tempus, quorū officium finir[i ...]ni dr̄, ut ſunt notarij actorum, qui ad officiū [eli]guntur, & alia rō eſt in notarijs, qui non ad t[empus] eliguntur, ſed ad eorum uitā ex priuilegio [...]ris conſtituuntur; qm̄ primi tenentur ſente[ntias, &] alia acta in publica forma apud cameram p[o]ne finito eorū officio actorū, & ſententiarū [memo]ria perdatur, prout facilè euenire poſſet, u[...]pſum longiſſimi tēporis ueriſimiliter ignora[ri] q fuiſſent illi notarij, qui tēpore latæ ſententi[æ] ad officiū actorū deputati, cum quolibet ann[o ele]ctio, & mutatio nouorum notariorū fieri con[sue]rit: quæ rō ceſſat in notarijs, quorum offici[um eſt] ad eorum vitam perpetuum, & duraturum: un[de e]uidenter apparet, ꝙ prouiſio prædicta ſolum [in no]tarijs, qui temporale officium, & non perpe[tuum] habent, locum ſibi uendicat. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Promittens factum alienum cum iuramento, & pœna [...] faciendo quicquid potuit pœnam, & periurium euitat.*

2 *Promittens aliquid infra certum tempus facere ſub con[...] aliquid aliud per partem aduerſam faciendi, non con[...] in mora ante illius conditionis implementum.*

3 *Nec contra promittentem actio competit, niſi prius age[...] implendum pro parte ſua impleuerit, vel ſe adimple[...]tum obtulerit.*

4 *Verba cum hoc important conditionem ante factum ali[...] implendam.*

5 *Mora vltima nocet.*

6 *Promittens factum alienum abſque interpellatione tene[...] ad quid.*

7 *Et quando etiam interpellatio requiratur.*

8 *Dies quòd interpellet pro homine quādo ſit uerū, et quā[...]*

9 *Interpellatio requiritur, quādo aliquid ad alicuius [...] tē eſt faciendum, nec obligatus facere tenetur [...]*

10 *De præterito in præſens non præſumitur in ijs, quę tem[...]riantur.*

12 *Fideiuſſores non eſt ueriſimile uoluiſſe ſe durius, [...] quam principales, obligare.*

13 *Impubes, etiam ſi ſit filius, in obſidem dari non poteſt.*

14 *Dare liberum hominem, ac etiam proprium filium [...] ſuo conſenſu in obſidem eſt à iure reprobatum, & p[...]*

15 *Et eſt ſpecies ſeruitutis.*
16 *Obſides quare in aliquibus caſibus tollerantur, & quomodo ſunt tractandi.*

EPITOME.

A' POENA promiſſa tam in facto alieno, q̃ in ſuo quomodo, & ex qbus cauſis ipſe promittēs, ac ēt ſui fideiuſſores excuſentur, & liberentur, hic habetur.

CONSILIVM CLX.

ILLVSTRISSIME, & Excellentiſſime Princeps, requiſitus pro parte tuæ Excellētiæ
Illuſtriſſimæ, ut ſuper controuerſia, ſeu li
te coram ea uertente, meam ſententiam,
& quales ſuper infraſcripto negotio inter ipſos liti-
gantes partes in iudicando eſſe debeant, dicere ue-
lim, quia in cauſa ius eſt poſitum, uel, ut dici ſolet,
ex facto ius oritur, l. ſi ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l.
aquil. l. obligationem, §. ex facto, ff. de actio. & obli-
ga. ibi cum in facto ſumma quęſtionis conſiſtit, c. de
muliere, & c. tua nos, extra de ſponſal. ſeriem facti,
qualē ex uerbis capitulorũ, & ex alijs ſcriptis utriuſ-
que partis mihi exhibitis percipere potui, prius ſubii
ciam. Inter Illuſ. do. Io. Franciſcum Sanſeuerinum,
qui in arce Parmæ captus detinebatur, ex una, & Il-
luſ. do. Franciſcum de Andalotto nobilem gallum,
qui captiuus in arce Mediolani detinebatur, mediā
te Magnifico do. Alex. Caubios gallo illius procura
tore ex altera conuentum fuit, ꝙ relaxato Illuſt. do.
Io. Franceſco Sanſeuerino, ipſe do. Io. Franciſcus in-
fra duos mēſes, ſeu octo hebdomadas à die, quo fue-
rit liberatus, teneretur, ut promiſit, facere, & cũ effe
ctu faceret ponere in plena, & integra libertate per-
ſonæ dictum Illuſ. do. Franciſcum Andalottum ſine
grauamine ſolutionis alicuius taleæ, & in euentum,
in quem infra tempus dictarum octo hebdomada-
rum Sanſeuerinus ſub fide ſua, & obligatione ſui ho
noris non poſſet obtinere liberationem dicti Anda
lotti, promiſit infra uiginti dies ſe ſe incarcere con-
ſtituere in loco Caſtiglioni Galliæ in manibus Re-
uerendiſſimi Cardinalis dicti loci, & amplius ꝓ ma-
iori cautione dictę ſuæ conſtitutionis Sanſeuerinus
promiſit dare, & ponere quendam filium ſuum pu-
pillum legitimum pro obſide in ciuitate Parmæ, do
nec dictus Andalottus liberatus fuerit, aut Sanſeue-
rinus ſe, ut ſupra, conſtituerit: Et in caſu, quo ipſe Sā
ſeuerinus deficeret, & ceſſaret ſe conſtituere, ut ſu-
pra, conſenſit, & uoluit ꝙ dictus do. Alex. procura-
tor facere poſſit de dicto filio ſuo tanquam captiuo
uelle ſuum, & poſſit eum conducere, & conduci fa-
cere, quo ſibi placuerit, & ultra dictus Sanſeuerinus
idoneos fideiuſſores pro ſumma ſcutorum quinde-
cim millium auri prętare promiſit, &c. cum hoc, ꝙ
antea, quàm Sanſeuerinus ſe, ut ſupra, conſtitueret,
filius ſuus datus obſes poneretur, ſeu poni deberet
in ciuitate Ferrariæ, aut in loco dicti Ducis ſubie-
cto, ut, ſequuta conſtitutione Sanſeuerini, filius il-
lius poſſit eſſe, & ſit liberatus, ac etiam annullata ſit
obligatio fideiuſſorũ, cum aliis pluribus cõuētioni-
bus inter dictas partes interuenientibus, de quibus
in inſtrumento, & capitulis inter eas factis, quas cō-
uentiones aliter non refero, quia non expedit, cum
non ſuper illis, ſed duntaxat ſuper præmiſſis difficul
tas in præſentia cadat: quibus ſtantibus, modo uidē-
dum eſt, an pro parte Illuſ. do. Andalotti cõtra San
ſeuerinum, illiuſq; fideiuſſores pro exequutione di-
ctorum ſcutorum quindecim millium agi poſſit: Et
ſingula capitula, ſingulaſq; conuentiones ſigillatim
conſiderando, uidetur dicendum, agi non poſſe, q͂a
1 † Sanſeuerinus inquantũ primo promiſit, & ꝙ cum
effectu faciet ponere ipſum Illuſtriſs. Andalottum
in plena, & in integra libertate perſonæ ſuæ, dicit ut
factum alienum promiſiſſe, cum hæc liberatio non
ab eo, ſed à Sacra M. Cæſ. uel à ſuis agentibus depen
deat: ſatis igitur fuit ipſi Sanſeuerino quærere, & cu
rare, ꝙ dictus Andalottus liberaretur, ꝓut notoriũ
eſſe præſupponitur Sanſeuerinum feciſſe, & curauiſ
ſe ad effectum, ut dicatur dictam ſuam promiſſionē
etiam iuratam adimpleuiſſe, quamuis effectualis li-
beratio ſequuta nõ fuerit, ut tradunt cõiter ſcriben.
Alex. Iaſ. & alij, in l. ſtipulatio iſta in prin. in 5. limita
tione, ff. de uerb. obliga. iuramentum enim in hoc
caſu recipit naturam obligationis, ſuper qua inter-
ponitur, arg. l. fi. C. de non nume. pecun. & ideò non
operatur, ꝙ ꝓmittens præciſè teneatur, ut ille, cuius
factum promiſit, præciſè faciat, ſe ſolum ꝙ promit-
tens obligetur facere, & curare, ꝙ ille faciat, ut ibi:
Immo etiam in caſu, quo is, qui factum alienũ cum
iuramento promiſit, adieciſſet etiam pœnam, ſi nõ
fieret, euitat pœnam, ſi ſolum fecerit, & curauerit,
quantũ in ſe fuit, ꝙ ille, cuius factum promiſit, face
ret, licet nõ ſequutũ ſit illud factũ, ut uolunt do. An
to. Abb. & docto. magis cõiter, in c. ex literis, extra đ
iureiuran. difficultas enim excuſat à pœna, l. ſi uehē
da, §. 1. ff. ad l. rhod. de iactu. l. 2. §. 1. ff. ſiquis cautio. ſe
quitur Feder. in conſi. 122. Martinus facturum ſe ꝓ-
miſit, Bar. in conſi. 235. Martinus, qui refert dictum
conſilium Federici, de verbo ad verbum, & ab eadē
ſententia non receſſerunt do. Ant. & Abb. in c. gem-
ma, extra de ſponſal. col. pen. allegando Feder. & eſt
bona gl. in c. ſignificātibus, in gl. fi. in fi. extra de offi.
deleg. quā Abb. ibi in fi. uer. notat, & Iaſ. fatetur hāc
ſententiam ab oĩbus canoniſtis receptam fuiſſe: &
licet ipſe in d. l. ſtipulatio iſta, nu. 10. ab ea recedere
tentauerit, tñ in iudicando illi eſt adhærendũ, ut aſſe
runt Io. An. Abb. & alij, in c. 1. circa fi. extra de cõſti.
Ex hoc ergo capite, ꝙ Sanſeuerinus non fecerit cũ
effectu liberari Illuſ. do. Andalottum, nõ dicitur ꝑ-
iurium, nec pœnā ſcutorum quindecim millium in
curriſſe, & ideò ob hoc nõ potuit contra eius fideiuſ
ſores agi, qui in plus obligati dici nõ poſſunt, l. ſi à
reo, ff. de fideiuſſ. & §. fideiuſſores, inſtit. eo. tit. ¶ Itē
ex illo alio capite, inquantum Sanſeuerinus in caſu
quo infra octo hebdomadas cum effectu liberatio-
nem Andalotti obtinere non poſſet, promiſit infra
uiginti dies ſe conſtituere, & ponere in carcere in lo
co Caſtiglioni in manibus Reuerendiſſimi Cardi-
nalis dicti loci, & ultra etiam promiſit ponere unũ
filium ſuum legitimum pro obſide in ciuitate Par-
mæ, non cenſetur contraueniſſe, nec in pœnam ſcu
torum quindecim millium incidiſſe, primo quia ſe
cundum ea, quæ mihi proponuntur, Sanſeuerinus
filium ſuum pro obſide in ciuitate Parmæ poſuit, ac
2 etiā qui ex † quo nõ ſimpliciter, & purè promiſit ſe
infra uiginti dies, ut ſupra, conſtituere, ſed ſub cõdi-
tione, ſi ante eius conſtitutionē procurator Anda-
lotti, penes quem filius Sāſeuerini pro obſide datus
fuit, dictum filium obſidem in ciuitate Ferrariæ po-
neret, ꝓut, & ipſius Sāſeuerini, & dicti obſidis ibi poni
intererat, & huius conditionis euētus à facto dicti ꝓ
curatoris dependebat, qui illā nõ adimpleuit, ergo
ꝑ eum, & nõ ꝑ Sāſeuerinũ ſtetiſſe dr̃, quominus ĩfra
uiginti dies Sāſeuerinus ſe nõ cõſtituerit, debuit enĩ
ipſe procurator ante dictā cõſtitutionē ponere obſi
dē in ciuitate Ferrariæ, l. in teſtamēto, la 1. cũ gl. ma
gna ibi, ff. de condi. & demon. Sāſeuerino igit̃ nõ di
cũtur uiginti dies cucurriſſe ad ſe cõſtituendum, qm̃
prius dicta cõditio erat adimplenda, & iõ Sāſeueri-
nus ñ potuit dici in mora ſe conſtituēdi poſitus, l. ce
dere diē, ff. de uerb. ſignifi. §. omnis, & §. ſub cõditio-
3 ne, cũ ibi not. inſti. đ verb. oblig. Præterea † cũ dictus
procurator ante dictam cõſtitutionē teneretur po-
nere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nere obſidem in ciuitate Ferrariæ, ſequitur, ꝙ ante,
quā cōtra Sanſeuerinum, ſeu eius fideiuſſores age-
ret, uel agere poſſet, debuit oſtendere ante uiginti
dies cōſtitutionis ſe in ciuitate Ferrariæ obſidē po-
ſuiſſe, vel ſaltem ſe obtuliſſe actualiter paratū id fa-
cere, arg. l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empti. & op
timè facit tex. in l. apud celſum, §. itē quæritur, ff. de
excep. doli, ubi creditor, qui à debitore uult debitū
exigere, prius realiter debet offerre debitori pignus
q̄d ab eo receperat, quāuis de iure pignus non ſit de
bitori reſtituēdū, niſi ipſe prius debitū creditori ſol-
uerit, l. ſi rem, §. omnis, & §. fina. ff. de pigno. actio. il-
lud ergo, q̄d d iure erat ex poſt faciendū, debet prius
fieri ad effectū, vt quis agere poſſit, ita in caſu, d quo
agitur, ad hoc, vt Illuſt. do. Andalotto, uel eius ꝓcu-
ratori poſſet ius agēdi cōtra fideiuſſores cōpetere, d
buit cōſtare illū prius poſuiſſe, uel paratum fuiſſe po
nere obſidē in ciuitate Ferrariæ, iſta enim fuit uolū-
tas cōtrahētium, ut ante, quam Sanſeuerino uiginti
dies ad ſe conſtituēdum currere inciperēt, conditio
illa ponēdi obſidē in ciuitate Ferrarię eſſet per dictū
procuratorē adimplenda, vt ex uerbis capitulorum
apertè conſtat: & ideò tēpus prædictum uiginti die-
rum Sanſeuerino nō cucurrit, nec lapſus illius tem-
poris eum in mora potuit cōſtituere, niſi poſtquam
præfatus procurator filium obſidem ad ciuitatē Fer
rariæ conduxerit, arg. l. quæſitum, ff. de conditio. &
demon. Io. de Im. in l. quibus, §. termilius, ff. eo. tit. &
4 ibi Bart. in l. 1. eo. nam † uerba illa cū hoc denotant,
ſeu cōprehendūt factum futurum ante cōſtitutionē
adimplendum, & conſequenter conditionē faciūt,
& hoc penes me eſt indubitabile. ¶ Sed contra prędi
cta multum urget unū, in quo tota uis præſentis cō-
ſultationis uidetur conſiſtere, quo reſoluto, conſta-
bit, in quam partem ſit inclinandū, nam ſi Illuſt. do.
Andalottus, uel eius procurator ante conſtitutionē
Sāſeuerini ſimpliciter promiſiſſet ponere obſidem
in ciuitate Ferrariæ, & ex aduerſo ulterius illi ꝑ San-
ſeuerinū nihil fuiſſet promiſſum, planè ulterius hæ-
ſitandum nō eſſet, quin Sanſeuerinus, ſuique fideiuſ
ſores eſſent ab onere ſoluendi ſcuta quindecim mil
lia abſoluēdi per prædicta: ſed quoniam etiam ipſe
Sāſeuerinus ad effectum, ut obſes tutè ad ciuitatem
Ferrariæ duci poſſet, procuratori Andalotti promi-
ſit facere, ꝙ illis ſaluus conductus daretur, & nō con
ſtat huiuſmodi ſaluum conductum datum fuiſſe, er
go uidetur per Sanſeuerinum ſtetiſſe, quo minus ꝓ-
curator dictū obſidem ducere potuerit, cùm prius
dandus eſſet ſaluus conductus, quam procurator ob
ſidem ducere, & ſic uidetur per Sanſeuerinum ſtetiſ
ſe, ꝙ ſe nō conſtituerit per not. in d. l. in teſtamento,
5 & quia † ultima mora nocet, l. ſi ſeruum, §. ſequitur,
6 & l. ſi ita quis, §. ſeia, ff. de uerb. obligatio. & † quando
quis ꝓmiſit factū alienū, ut hoc in caſu promiſſum
fuit facere, ꝙ daretur falſus conductus, quis tenetur
facere, & curare, vt dictum eſt, & in tantum ille tene
tur facere, & curare, ꝙ abſque eo, q̄d aliter ĩterpelle
tur, tenet̃, ut colligitur ex not. ꝑ Bal. in c. 1. §. ad hęc
uerſi. nota, ꝙ ſi quis, hic finitur lex, & incip. conſue.
in uſu feudo. Quare cum non conſtet de aliquo fa-
cto, nec de aliqua cura Sanſeuerini ꝓ obtinēdo ſal-
uum conductum, ipſe fuit in mora, & non ꝓcurator
Andalotti, qui non debuit illum aliter interpellare.
Verum prædictis pro parte Sanſeuerini reſponderi
poteſt, ꝙ Sanſeuerinus non debuit curare conſequi,
& habere ſaluum conductum, niſi prius eſſet à dicto
procuratore interpellatus, nam cū ſaluus cōductus
eſſet dādus, ut procurator tutè poſſet obſidē Ferrariā
cōducere, ꝓcurator ipſe debuit inueſtigare, an itine
ra eēnt tuta, nec ne, & ſi cognouiſſet periculū immi

nere, debuit Sanſeuerinum interpellare ad ſaluū con
ductū cōcedendū, aliàs nō potuit dici in mora conſti-
7 tutus, quoniam † q̄n quis tenetur ad factum alienum,
& ſic facere, & curare ſub conditione, & in diem, per
lapſum diei, & per euentū cōditionis non dicitur in
mora conſtitui, niſi facta interpellatione, ne contin-
gat uno contextu quem obligari, & in mora conſti-
tui, & ideò ultra ꝙ conditio fuerit adimpleta, requi-
ritur etiam interpellatio, l. quod dicimus, ff. de ſolu-
tio. Bar. in l. ita ſtipulatus la grande, col. 3. & in repe-
ties, la 1. ff. de uerb. obligat. ſed Sanſeuerinus promi-
ſit ſe conſtituere infra uiginti dies, ſi ante cōſtitutio-
nē ſuam ꝓcurator Andalotti duxerit obſidē in ciui-
tatē Ferrarię, ergo nō potuit dici ĩ mora ſe cōſtituen-
di, etiam ꝙ illa cōditio fuiſſet adimpleta, & lapſum
eſſet tēpus uiginti dierum, niſi etiam de ſe cōſtituen-
8 do interpellatus fuiſſet. ¶ Nec obſtat † q̄d dies inter-
pellat pro homine, l. magnā, C. de cōtrahen. & com-
mitt. ſtipul. cum uulgaribus, quia illud eſt uerum,
quando promiſſio facta eſſet in diem ſimpliciter, ſe-
cus ſi etiam ſub cōditione, nā tunc nec euentus diei,
nec conditionis debitorē in mora cōſtituunt, ſed re-
quiritur etiam interpellatio, ne cōtingat, ut dictum
eſt, eodem tēpore quem obligari, & in mora conſti-
tui, ut ſupra, & habetur per Decium, in conſ.
3. At in caſu noſtro nondum lapſum fuit tempus ui-
ginti dierum, quod incipere debebat à die, quo pro-
curator obſidem Ferrariā cōduxiſſet, nec cōditio de
cōducēdo, ut ſupra, fuit adimpleta, nec aliqua inter-
pellatio debito tēpore facta fuit Sāſeuerino de ſe cō-
ſtituēdo, ergo nullo modo potuit dici in mora ſe cō-
ſtituendi, & ideò nec cōtra ipſum, nec cōtra fideiuſ-
ſores agi potuit, arg. l. mora, ff. de uerb. oblig. cum
not. ¶ Nec aduerſatur, ꝙ cōditio de cōducendo ob-
ſidem Ferrariam, quę à facto dicti ꝓcuratoris depen-
debat, dicebatur etiā à facto Sanſeuerini dependere,
& cum per ipſum ſteterit, quia nō fecit ſaluum con-
ductum cōcedi, eſt illi imputandū, vt ſæpe dictum eſt,
9 quia reſpōdetur, ꝙ † Sāſeuerinus tenebatur ad curan-
dum dari ſaluum conductū ad utilitatē procurato-
ris, ut tutè poſſet obſidem conducere, & ſic ſub quo-
dā tacita cōditione, ſi ꝓcurator uoluerit, ſiue decla-
rauerit ſe uelle cōducere, & tutè nō poſſet, q̄d quidem
Sanſeuerinus uerisſimiliter ignorare potuit, cū ad eum
nō pertineret hoc ſcire, nec inueſtigare, tum quia non
10 erat ille, qui obſidem cōducere deberet, tū quia de
ijs, quæ tēpore uariantur, nō præſumitur, de præteri-
to in præſens, c. in præſentia, extra de probat. & not.
in l. ex perſona, C. eo. tit. ſed ad dictum procuratorem
ſpectabat hanc curā, & diligentiā habere, & ſic ipſe
debuit Sanſeuerinum interpellare ad ſaluum condu-
ctū cōcedendū, ſi cognoſcebat itinera nō eſſe tuta,
arg. eorum, quę ſupra dicta fuerūt, & infra ſtatim di-
centur, & ideò cum Sanſeuerinus nō fuerit interpel-
latus, nō potuit ēt dici in mora cōcedēdi, ſeu facien-
di cōcedi ſaluū coductū, arg. eorum, quæ habentur per
Bar. in d. l. ita ſtipulatus, in 3. q. prin. & Dec. in dicto
conſi. 2. Ruſus in facto præſupponitur, (q̄d an uerum
ſit, ipſe Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dux melius ex in-
ſpectione ꝓceſſus ſcire poteris) ꝙ Sāſeuerinus, qui ad
factū alienum tenebatur, & ſic ſolū facere, & cura-
re, ꝙ ſaluus conductus à ſuperiore hmōi poteſtatem ha-
bente cōcederetur, faciēdo, & curādo, fecit, quicquid
potuit, & oē id, ad q̄d erat obligatus, quia curauit, ut
daretur ſaluus cōductus, & ſic ex parte ſua adimple-
uit, arg. eorū, quę habētur in d. l. ſtipulatio iſta, & not.
11 ꝑ Alex. & Mod. cū alijs iā ſupra deductis, quæ non re-
peto. Præterea † cū ſaluus cōductus eſſet cōcedendus
ad utilitatē d. ꝓcur. ut ſupra, vt tutè obſidē poſſet ad
ciuitatē Ferrariæ cōducere, Sāſeuerinus, qui

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

&curare ſaluũ cõductum cõcedi debebat, offerre il
li procuratori nõ tenebatur, ſed ſi ab eo per procu-
ratorẽ peteretur, moram ei facere non debebat, ſed
debebat facere, & curare, ꝙ ipſi procuratori petẽti,
acuolenti daretur, arg. l. 2. ff. de lege commiſſo. & l.
fi. §. 1. ff. quorum lega. & in hoc eſt bene animaduer
tendum, qm̃ remouet quamlibet difficultatem, quę
cõtra Sanſeuerinum, eiuſq; fideiuſſores fieri põt, vel
ſaltem rem ita dubiã reddit, ꝙ ipſi ſunt abſoluendi,
nã hæc quæſtio eſt de bono, & æquo, vt Celſus ſcrip
ſit, in quo genere plerũque ſub auctoritate iuris ſciẽ
tiæ erratur, & ſanè probabilis eſt hæc ſentẽtia, quam
quidem, & Iulianus iureconſultus ſequitur. cũ enim
quæratur de dãno Sanſeuerini, & par ſit cã utriuſq;
partis, quare non potentior iudicanda ſit cauſa Sãſe
uerini, qui tenet, quam Andalotti, ꝗ perſequitur? &
præteteres cõſtituerũt, vt ad uerbum etiam interpre
tatus fuit Paul. in l. ſi ſeruũ, §. ſequit. ff. de uerb. oblig.
¶ Nec aliqua ex aduerſo deducta obſtare uidentur,
maximè in quantũ dicebatur, ꝙ, & ſi multa poſſent
Sãſeuerinũ ab incurſu pœnæ quindecim milliũ de
fendere, tamen hęc nõ poſſunt fideiuſſoribus ſuis ꝓ
deſſe, qui ſe plenius obligauerũt: quia mihi cõtrariũ
uerius uidetur, cum fideiuſſores voluerint ſolum ſe
obligare, ſecundum qđ eorum principalis Sanſeue-
rinus ſe obligauit, referẽdo ſe ad capitula facta inter
Sanſeuerinũ, & Andalottũ, illaq́; reaſſumẽdo, & cõ-
12 firmando: Item quia † nõ eſt ueriſimile, ꝙ voluerint
durius, & in plus ſe contra iuris diſpoſitionẽ obliga-
re, l. ſi à reo, ff. de fideiuſſo. & §. fideiuſſores, inſt. eod.
¶ Quamplura ẽt dici poſſent, quæ ualde neceſſaria
13 nõ uidẽtur, † vtrũ videlicet filius impubes Sanſeue-
rini potuerit in obſidem dari, ꝙ procurator Anda-
lotti poſſit de illo, ut đ ſuo captiuo facere, eũq́; quo
uoluerit, ducere, qm̃ cũ dictus filius huiuſmodi obſi
dioni nõ cõſenſerit, nec cõſentire potuerit, quia eſt
infans, uel ſaltẽ pupillus, l. 1. in fi. C. de fal. mone. cũ
ſi. vr talis datio nulla, & de iure inualida, & cõſequẽ
ter, ꝙ ille ſit ex manibus dicti procuratoris, & ipſius
Andalotti liberandus, tum ꝗa datus nõ fuit ob cãm
14 publicã, ſed priuatã, tũ quia nõ cõſenſit, tũ quia † ta-
lis datio liberi hominis, ac ẽt proprij filij eſt à iure re
ꝓbata, atq; punibilis, l. ꝗ filios, C. q̃ res pigno. oblig.
poſſ. c. 2. de pigno. l. ob æs, C. de act. & oblig & auth.
ut nulli iud. §. qa uerò, & gl in l. 2. C. de patri. qui fil.
diſtra. & ubiq; ſcrib. ponunt, uidelicet Bar. Sali. Bal.
Io. An. Abb. & Io. de Im. maximè ĩ d. c. 2. & in c. ex re
ſcripto, extra de iureiu. nec nõ in c. expoſita, de arbi.
& in alijs locis ſupra ꝓximè allegatis, Bar. in l. gene-
rali, C. đ decurio. lib. 10. & quãuis gl. ĩ d. l. 2. de patri.
q. fil. diſtra. & in d. c. ex reſcripto dicat cõtrariũ fuiſſe
uſurpatũ, tñ intelligitur quoad effectũ, ut poſſit dari
obſes ꝓ cauſa priuata, nõ aũt ut poſſit dari infans, &
pupillus, qui cõſentire nõ põt, quia ſine cõſenſu ſuo
dari nõ potuit, alioquin cõcurrerẽt ſimul plura ſpe-
cialia ↄ̃ regulas iuris, & ideò datio ualere nõ debet,
15 arg. l. 2. cũ ibi not. C. de dot. promiſſ. Nã † dare liberũ
hominẽ maximè ſine ſuo conſenſu in obſidem eſt
ſpecies ſeruitutis, & ꝓpea eſt odioſa, & inualida, l. 2.
ff. de lib. hom. exhi. l. titio cẽtũ, §. titio cẽtũ, il 2. & ibi
Bar. ff. de cõdit. & dem. & ſcribẽ. in iuribus ſupra alle
16 gatis: & † in caſibus, in ꝗbus dicti obſides tollerant̃, il
lud ẽ rõne cõſenſus, & iuramẽti ipſius obſidis, ut ĩ d.
c. ex reſcripto, ibiq́; Io. de Im. & obſides dati nõ tenẽ
tur ſeruire, & tractãdi sũt nõ ut captiui, ſed ut liberi
hoĩes, & arbitrio boni uiri ad tradita ꝑ Bal. in d. l. 2.
Abb. & Im. in d. c. ex reſcripto, & ĩ d. c. 2. đ pigno. Re
liqua ꝑ ſua prudẽtia ſuppleat Excellẽtiſ. & Illuſ. Dux
dñs meus ſingulariſſimus. cuius partes ĩ hac cã ſunt,
& cedebẽt in iudicãdo ad fauorẽ Illuſ. do. Io. Frãci-
ſci Sãſeuerini, & ſuorũ fideiuſſorũ, & illos abſoluere
à petitione contra ipſos facta pro parte, & nomine
Illuſ. do. Frãciſci Galli de Andalotto, & ſui ꝓcurato
ris, & utramq; partẽ ob iuſtã cãm litigãdi ab expẽſis
abſoluere, hęc enim ſanior, & æquior eſt ſententia.

SVMMAE.

1 *Honoris, & bonæ famæ honeſtorum uirorum cauſa maior eſt, quàm ſit cauſa propriæ necis.*
2 *Infamiæ cauſa, & cauſa uitæ quando ſint æquales.*
3 *Honorem ſuum omittens dolo non caret.*
4 *Honorem ſuum armis non ſecus, quàm uitam propriam defendere unicuiq; licet aduerſarium etiam occidendo.*
5 *Clauſula generalis, & indeterminata non includit ſpecialem, & nominatim factam in eadem diſpoſitione poſitam, & nu. 29. Maximè in materia odioſa, & grauamen inferente, ibidem.*
6 *Querela, & imputatio in cauſa graui, & ardua eſt reiicienda, quando ea non proceſſit ex informatione certa habita ab honeſtis, & prouidis viris, & qui tales cõmuniter ſint habiti, nu. 8.*
7 *Purgare ſe quis non tenetur de infamia, & imputatione criminis, de qua per prouidos, & honeſtos uiros non conſtet.*
8 *Teſtes quando idonei, honeſti, & fide digni requiruntur, debet prius de illorum qualitate, bonitate, & honeſtate conſtare, aliàs illis non creditur. Nec relationi eos producentis, aut ſe in eis fundantis ſtandum eſt, quòd ſint tales, num. 10.*
9 *Credens uiris honeſtis, & fide dignis habet iuſtam cauſam credendi, & excuſatur.*
11 *Libelli, & querelæ ſola concluſio, & non narratiua eſt conſideranda.*
12 *Concluſio declarat libellum, & ſi eſt dubia, tanquam generalis non admittitur.*
13 *Libellus, & eius concluſio non debet eſſe generalis.*
14 *Generaliter, & obſcurè quid poni, & non exprimi idem ſunt.*
15 *Generalitas vitiat.*
16 *Mentitio generalis, & indeterminata reſpectu perſonarum, & cauſæ non eſt attendenda, nec eſt talis, cui ſit reſpondendum;*
17 *Et quando dicatur mentitio generalis, & indeterminata, & num. 19. & 26.*
18 *Indeterminatum quid dicatur, & quid determinatum.*
19 *Verbum omnes eſt generale.*
20 *Rei appellatio eſt generalis.*
21 *Infamatus, & iniuriatus quis dici poteſt ex uerbis delictum, & crimen inferentibus indeterminatè, & generaliter prolatis, quamuis nulla certa delicti ſpecies fuerit expreſſa:*
22 *Et quando hoc ſit uerum.*
23 *Infamatus, & iniuriatus quis ex verbis contra eum prolatis quando dicatur, & quando non.*
24 *Peritorum iudicium etiam in cauſa graui, ut infamiæ, & iniuriæ ſeruandum eſt, & attendendum.*
25 *Mentitioni fundatæ ſuper imputatione incerta, uaga, & indeterminata non eſt reſpondendum.*
27 *Mentitio euidenter falſa, & calumnioſa non eſt danda, nec illi reſpondendum.*
28 *Generaliter, & indeterminate dictum non poteſt dici nominatim, nec ſpecialiter expreſſum.*
29 *Clauſula generalis quando referatur ad ſpecificata, & illa includat, & quando non.*
30 *Purganda non eſt à uiris in dignitate poſitis, & honore preditis infamia, quam conſtat non habuiſſet ortum ab honeſtis, prouidis, & fide dignis perſonis.*
31 *Mentitio ſuper duobus copulatiuè fundata, quorum alterum non ſit uerum, eſt nullius effectus, nec attendenda, nec grauat.*
32 *Ad ueritatem orationis copulatiuæ maximè in materia odioſa uere concurſus omnium copulatorum requiritur.*
33 *Orationes duæ copulatiuè poſitæ quando copulatiuè etiam concurrere debeant, & quando non.*

EPITOME.

QVERELAM fundatam ſuper imputatione nõ habente ortum à prouidis, honeſtis, & fide dignis pſonis, & ꝑ talibus cõiter habitis eſſe reiiciendã, & non infamare, neq; grauare, & mẽtionẽ generalẽ, indeterminatam,

minatam,& incertam,item eam, quæ eſt euidenter
falſa,nec non illã,quæ eſt fundata ſuper duobus co-
pulatiuè,quorum alterum non ſit uerum,eſſe nullã,
& nullius momenti, & conſequenter nõ attẽdẽdã,
nec aliquem afficere,aut grauare,ſed eſſe talem, cui
citra grauamen honoris,& bonæ famæ nõ ſit reſpõ-
dendum, hic demonſtratur.

CONSILIVM CLXI.

PRaesens negotiũ,ſuper quo uerba ſum
facturus,arduum quippe, & graue cẽſen
dum eſt, cũ de cõſeruatione honoris, &
bonæ famæ Illuſtriſs. Comitũ Sfortię de
ſancta Flora,& Sfortiæ de Palauicinis ſit agendum,
1 nam†cauſa honoris, & bonæ famæ honeſtorũ uiro-
rum maior eſt,quàm ſit cauſa proprię necis,auctore
Paulo iurecõſulto, in l.iſti qdem,§.pen.in fi.uer.ff.đ
eo,quod met.cau.dicente,metum infamię lõgè ma
iorem bonis uiris eſſe debere,quàm metum mortis:
& in hoc rectius loquutus uidetur Paulus,quã Mar-
tianus,in l.iuſta,ff.de manumiſs.uindic.q non maio
rem,ſed æqualem eſſe cauſam infamię,& cauſam vi
2 tæ uoluit, † quod quidem uerum eſſe intelligerem
non in bonis,& honeſtis hominib.ſed in humiliori-
bus.Hinc Paulus dixit,honorem meum nemini da-
bo,& qui famam ſuam negligit, crudelis eſt, c.nolo
3 12.q.2.& gl.in c.2.de purga.cano.nec†dolo caret,q
honorem ſuum omittit,l.Iulianus,§.1. ff.ſi qs omiſ-
4 ſa cau.teſta.&† ſecũdũ Cyn.in l.1.C.unde ui, & Bal.
in c.1.§.ſi quis hominẽ,de pace tenẽda,& Bar.& Mo
der.in l.ut uim,ff.de iuſti.& iure, unicuique licitum
eſt honorem ſuum armis defendere nõ ſecus,quàm
ſi uitam propriã defenderet; & hoc modo ſe defen-
dendo ſi aduerſarium occideret, pœnam non mere
retur, quia iuſta, & neceſſaria defenſio eſſe cenſere-
tur: & propterea iuxta c.ubi periculum, de electio.
in 6.cautius eſt in hac re, & cauſa agendũ, in qua li-
cet ſciam ab alijs doctiſſimis aduocatis honori præ-
fatorũ Comitũ de ſancta Flora, & de Palauicinis ita
abundè ſatisfactum eſſe, ꝙ res alia non indigeat ſup
pletione,& fruſtra laboret,qui ſolem facibus illuſtra
re conetur, tamen quia veritas magis agitata magis
ſplẽdeſcit,memor illius,quod vulgo dici ſolet,ami-
cꝰ Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas,
aliqua ſubijciam:& quoad primum articulũ, an pri-
ma mentio ab Illuſtri domino Ludouico Rangono
data ſit generalis, & indeterminata, & cõſequenter
an dictos Illuſtriſs.de Sancta Flora,& de Palauicinis
afficiet, illorumq́ue honorẽ adeò aggrauet, ut ipſis
incumbat onus armis bonã famam,honoremq́; ſuũ
defendendi,concludendum eſſe arbitror ad fauorẽ
dictorum de ſancta Flora, & de Palauicinis; nã præ-
ſuppono,ꝙ quamuis narratiua primi libelli,ſeu rogi
tus præfati Illuſtris Comitis Ludouici uideatur par
ticularis, & determinata, tñ mentitio data ſe ad illã
nõ refert,cum fuerit generalis,& indeterminata re-
5 ſpectu cauſæ,& perſonarũ,& † quando in eadem di-
ſpoſitione apponũtur diſpoſitio, ſeu clauſula ſpecia
lis,& nominatim facta,& clauſula generalis,ac inde
terminata,nũquam ſub generali dicitur includi ſpe
cialis,ſeu nominatim facta,ut in l.ſanctio legum,ff.
de pœnis,& l.doli clauſula,ff.de uerb.obligatio. Nõ
uidentur ergo mentiti Illuſtriſs. Comes de ſancta
Flora, & de Palauicinis, ſed illi, ſi qui ſint,qui attri-
buerint, & affirmauerint aliquid, quod non ſit, & q
aliquo modo honorem Comitis Ludouici de Ran-
6 gonibus grauauerint. Præterea†Comiti Ludouico
non conſtat,nec conſtitit eo modo,quo de iure de-
buit conſtare de aſſerta imputatione tractatus ſibi
iniuncta,de qua in prima parte ſui libelli fit mentio,
ideò ſuper illa non potuit, nec debuit fundamentũ

aliquod facere ad effectũ querelandi eo mo...
fecit,cum enim ſimus in cauſa multum gra...
dua tàm reſpectu aſſertæ imputationis ipſi ſa...
etiam reſpectu nominationis Illuſtriſſimo...
ſtrenuorum uirorum Comitum de ſancta F...
de Palauicinis,debuit habere certam,firma...
petitam informationẽ à prouidis, & honeſti...
qui pro certo ſint,& communiter reputentu...
gni, aliàs ipſe non debuit credere, nec ſe gra...
præſupponere, & eius querela tanquam in...
non legitimè facta eſt reijcienda,c.qualiter &...
do il 2.extra de accuſatio.c.in cunctis, 11.qu...
cum in iuuentute,de purgatio.cano.& c.acc...
7 2.quęſt.7.&†niſi de infamia,& imputatione...
uel criminis per prouidos, & honeſtos uiros...
terit,quis ſe purgare nõ tenetur, ut in c.nos i...
glo.de purga.cano.ergo Comes Ludouicus...
buit eſſe tàm credulus,ꝙ ex dicto quorũlibe...
fuerit,niſi tales fuerint, quibus fides adhibẽ...
8 ut not.in c.ſi presbyter à plebe.2.quæſt.4.N...
cit, ꝙ ipſi Comiti Ludouico uiſi fuerint fid...
niſi etiam communiter tales habiti fuerint...
ribus proximè allegatis,nam quando iura...
teſtes idoneos,honeſtos, & fide dignos, re...
ꝙ prius de illorum qualitate, bonitate,& h...
clarè conſtet.aliàs fides illis non eſſet adhib...
uolũt Bar.& Ang.in l.1.§.ſi quis neget in u...
quemadmodum teſtam.aper. Ang.in l.2.§...
tit.Petr.de Anchar.in conſi. 254.Bal.in l.1...
uer.liber.& Dec.in conſi.37.col.4.& in c.1...
extra de appellatio.& eſt communis ſcribe...
tentia. Quòd autem in hac ſpecie Comes L...
cus debuerit informationem habere ab ho...
fide dignis,conſtat ex prædictis,nam ſumus...
dua,& graui, & in qua de honore,fama, &...
rum Illuſtrium agitur,ut dictum fuit, ut in c...
liter,& quando,d.c.nos inter,c.ſi teſtes in p...
in §.1.cum ſequentibus,4.quæſt.3.& l.fi.C...
9 cum alijs ſupra deductis: Hinc †inquit Bar.i...
pillo,§.ſi quis,ff.de noui operis nunciatio.&...
minore,§ plurimum,ibiq́ue Alexan.in apoſt...
quæſt. ꝙ credere uiris honeſtis, & fide digni...
iuſtã cãm credendi,& qui illis credit,excuſa...
in l.indicia,C.de rei uendicatio.gl.in l.uno ex...
bus,ff.de conditio.& demonſtra. Bal.Ang.&...
in l.1.in princi.ff.de eo,per quem factum er...
ergo conſtare illos fore honeſtos,& fide dign...
non apparet, qui fuerint illi homines, à quib...
mes Ludouicus notitiam habuit,igitur an fi...
10 de digni,nec ne,conſtare non poteſt: & † an...
tales, non eſt relationi ipſius credendum, q...
quodammodo teſtis in cauſa ſua contra tex...
lus,& ibi gl.ff.de teſtibus,& in l.omnibus,C...
11 ¶ Rurſus†quando contra aliquem libellus, ſ...
rela proponitur,narratiua non debet eſſe in c...
ratione,ſed ſola concluſio,c.ex parte,B.de fo...
peten. c.cũ ad ſedem cum ibi not.de reſtit.ſp...
12 Cyn.in l.cũ te, C.de probatio.& † Bal.in l.ed...
de eden.uerſi.circa ſecundum,&c.inquit, q c...
ſio declarat libellum,& ſi uerba cõcluſionis ſ...
bia,tunc ea tanquam generalis non eſt admi...
13 quia † libellus,ſeu eius concluſio non debet e...
neralis,ſed certa,quoniam omnis generalitas...
obſcuritatem,c.pen.de confir.util.uel inuti.l...
dei,ff.de iure fiſci,& in l.tradendis,ff.cõia præ...
14 † Maria.in c.2.col.45.de foro competen.dic...
deri differentiam, an qd nõ exprimatur, an g...
ter,& obſcurè ponatur,arg.l.de ætate,§.niſi...
15 terrog.actio.& ideò†gñalitas uitiat,l.cũ ſi...
ſolut.l.ĩ ambiguo,ff.đ rebus dubijs, Bar.in l...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN